Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De tristitia peccatoris

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

sapie et sue dei etc. Disposuit enim diuini consilij altitu
dine per mortem suam redimere hominem quatenus
auaros et frigidos ad caritatem accenderet superbos
ad humilitatem reduceret et luxuriosos suo exemplo
ad castitatem doceret quod enim nos magis ad cari
tatem accendit quam quod deus proprio suo filio non pepercit sed pro
nobis illam maiorem caritate tradidit Quid enim
magis nos ad humilitatem inuitat quam humilitas filij dei
per quam nos deo patri reconciliauit Vicium enim su
perbie per humilitatem debuit expiari quia contraria contra
rijs curantur Ut quantum fuit vicium in homine superbie
tanta fiet humilitas in creatore Vicium autem tantum fuit
in homine quod vellet esse sicut deus iuxta persuasionem
serpentis Eritis sicut dij ideo tanta debuit esse
humilitas in deo ut deus fieret homo quando exinaniuit
se formam serui accipiens etc. Primum enim hominis pec
catum superbia per quam enim angelus peccauit in adam in paradyso
secundum ceterorum peccauit Eua postea homines quam
diabolum crederent adhuc est duplex solucio Prima quia homo
esse si non per instinctum dyaboli peccauit in patrem
Eua in filium quod remissibile sed lucifer in spiritum sanctum
quod non remittitur nec hic nec in futuro
Quadruplex est tristicia peccatoris Prima quia clau
sit sibi regnum celorum Secunda quia aperuit sibi infer
num 3a quia priuabit eum christum sua hereditate 4a
in perturbatione sanctorum angelorum et bonorum sanctorum Unde est via
spinosa via lubrica via tenebrosa et via spinosa
peccatoris quia curis solicitudinarijs huius seculi cru
ciatur Unde salomon via impiorum est tamquam sepes spinarum
Via lubrica quando quis labitur per luxuriam vel
ventris ingluuiem Via tenebrosa quando quis peccat
in cecitate mentis Unde fenestre contractis quia conte
tibus nisi precibus dominus Unde veritas domini facta in
precibus Eucharius homo quando diu est in peccato dyabolo
consuetudinem computat et cum vtraque tua conuenit in peccato tot
sacramentis dictas ad infernum Et homo quando diu est in peccato
tanto soluis tributum dyabolo Unde festines ad me
dicum salutis ne per obseruacione vetustatis veniat
desperacio sanitatis Unde non expectes extremam
egritudinem etc.